



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 9. Confirmatio Bullæ Pauli II. de reductione Jubilæi

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

in Ecclesiis exhibebantur ; Condita Sæcul. XV.  
quoque sunt statuta contra ludos alias A.C. 1471.  
Clericis prohibitos, item contra raptos,  
& ad certamen particulare provocantes, aliosque.

### §. IX.

#### *Confirmatio Bullæ Pauli II. de redu- etione Jubilæi.*

Die decima septima Junii cum summus  
Pontifex intellexisset, quosdam Or-  
dinis Carmelitarum fratres eo temerita-  
tis devenisse, ut veriti non essent, dispu-  
tando & prædicando afferere, quod  
hæreticum, & a veritate fidei alienum  
non essent dæmonum exspectare respon-  
sa; hinc literas dedit ad generalem Bo-  
noniensis Episcopi Vicarium, ut de veritate  
hujus facti diligenter inquireret. (\*) I-  
dem Pontifex die vigesima nona Augu-  
sti (\*\*) Constitutionem Pauli II. de re-  
ductio-

Papiens.  
epist. 548.

(\*) Cum Papiensis loc. allegato nec verbu-  
lam de hac Carmelitarum temeritate proferat,  
nec de relatione Bononiensis Vicarii, minus  
vero de quadam poena reis a Pontifice irroga-  
ta ullibi mentio fiat, merito hæc in Carmelita-  
rum odium ab eorum æmulis conficta fuisse con-  
jicimus.

(\*\*) Ita quidem Continuator; hunc tamen  
unacum

**Sæcūl. XV.** ductione Jubilæi ad vigesimum quintum  
A.C. 1473. annum editam confirmavit, statuitque,  
ut deinceps annus ficer anno millesimo  
quadragecentesimo septuagesimo quarto  
inchoetur a vigilia Nativitatis Domini-  
cæ. Ea quoque Bulla omnes ceteras In-  
dulgentias aliis Ecclesiis concessas toto  
Jubilæi tempore suspensas esse decla-  
ravit.

### §. X.

#### *Cardinalis Riarius totius Italæ Lega- tus renuntiatus.*

Papiens.  
epist. 548.

Interea Petrus Riarius Ordinis FF. Mi-  
norum, Nepos Pontificis, & S. Sixti  
Cardinalis semper sumptu ac magnificen-  
tia extra modum amplissima Romæ  
prodiit. Eodem anno duo instruxit  
convivia tanta profusione comparata, ut  
Cardinalis Papiensis affirmare haud du-  
bitaverit, quod illis *solemnius aliquid ve-  
tustas tota, nec gentilitas quidem audiverit*  
unquam

innacum Spondano Pagius his verbis perstrin-  
git: Castigandus est Spondanus, qui hoc di-  
ploma editum scribit anno 1473. quarto Ka-  
lendas Septembris; consignatur enim: Pon-  
tificatus nostri Anno I. Corrigendus pariter  
Continuator Hist. Eccl. Abbatis Fleury, qui,  
ut assolet, Spondanum transferbit.